


**05  
A  
1579**



2  
17

DISPUTATIO THEOLOGICA  
De  
**ORALI ET INDI-**  
**GNORUM MANDUCATIO-**  
**NE CORPORIS CHRISTI IN SACRA-**  
**MENTO COENÆ.**

*Quam*  
Sub PRÆSIDIO  
**LEONHARTI HUTTERI,**  
SS. Theologiæ D. & Professoris Ordinarij  
in Electorali Academia VVi-  
tebergensi,  
*Publicè defendet*  
**M. PETRUS HERRICHIUS,**  
illustris Scholæ Portensis Con-  
Rector.

*In auditorio Theologorum, die 19. Aprilis:*  
*horis antemeridianis.*

---


VVITEBERGÆ  
Typis Johannis Gormanni, Anno 1616.

DISTRIBUTIO THEOLOGICA  
DE  
SALVATIONE  
CHRISTI IN SAVCRA  
MATEO COSENZE



OS A 1599

M. PETRIE: HISTORICARIA  
Sufficiens sibi etiam quodcumque docet.



## PROPOSITIO I.



Iulla alia est Ecclesiarum nostrarum doctrina, quæ fides præusta est in oculis & cordibus Calvinianorum: ea certè est, quæ de *Ouali & indignorum mandatione Corporis Christi in Sacramento Eucharistiae*, à nobis traditur & propugnatur.

II. Quæ vel sola causa est, quod partim ejusmodi convitijs, quæ animus meminisse horret, pudor & reverentia commemorare prohibet, utrumque hoc doctrinæ Christianæ caput impiè & blasphemè proscindunt: partim verò Controversiam hanc ita extenuant, ut indignam prorsus, de quâ vel in Synodo, vel aliàs disputetur, judicent.

III. *Beza*, in sua adversus *Heshusum κρεωΦαγία*, argumentum nostratum, ex perpetuo & unanimi consensu Evangelistarum & Apostoli Pauli, pro adstruendâ Orali mandatione petitum, tam evidens esse scribit, quām sterlus in laterna: Item esse conclusiones non crocodilinas, sed prorsus asininas. Ultramque verò doctrinam in primâ, ac nondum castratâ editione Cyclopis sui, nominat duos pilos caudæ equinæ; de quibus ex sententia Bezae. I. Sturmius sic rhetoricitur: *Beza* scribit: *Me adolcente speciosa in equo e-Sturm. An-*  
*rata cauda, integra, longa, explicata: ιππονόμοι sèpè aliquot pilos evelle - tip. 2. pag.*  
*bant, qui elegantiam membra obscurabant. Beza ergo indicare videtur, 190. 191.*  
*Oralem & Indignorum mandationem, esse tanquam duos nigros pilos ex*  
*pulcherrima equina cauda evulso, qui ad speciosam formam equi non per-*  
*tinerent.*

III. Hinc CHRISTUS Servator noster, ob hanc ipsam doctrinam nostram, Deus triticeus, Deus pistus, Deus panaceus: Nos verò, Capernaitæ, Cyclopes, Carnivori, Sanguibibi, sive Hæmopota & Sarcothagi, in Scholis & Scriptis Calvinianorum audire coigmur.

A 2

V.Hac

V. Hac viâ cùm non procederet, & inter aculeatas istas convitiorum spinas, B. LUTHERI doctrina purior magis magisq; effloresceret: aliâ rem aggressi sunt, quippe elevantes eam & supra modum extenuantes; sic futurum rati, ut quod exquisitis convitijs non possent, illud per cuniculos quasi & per indirectum obtinerent.

VI. Et primus quidem *Martinus Buterus*, (quod ego sciam) disputatiōne de Manducatione Indignorum nūcium remisisse, & ex agro ac finibus Ecclesiæ eam relegasse videtur, in epist. ad Bonifacium VVolfhardum, his verbis, (referente Sturmio): *Quid impij manduent. quid ad nos? hac de re possunt Ecclesiæ securæ esse.*

Pag. 71. VII. D. Pareus in suo Irenico: *An Corpus CHRISTI realiter latet in PANE*, prout canitur: *Verborgen im Brot so klein / hoc est, parvo latens in crūculo: & an edatur ore à fidelibus juxta & infidelibus?* *Hoc SOLUM hactenus manet in controversia.* Aut igitur Lutherani affirmando aberrant à vero: aut nos (Calviniani) negando aberramus. Virumvis sit, dicimus esse errorem non de fundamento, sed esse stipulam fundamento superstructā, cujuscunque illa sit; esse paleam, in qua nullum granum fidei, nullus succus consolationis inest: quomodo plurimi Canones inutiles in Gratiano paleæ appellantur. Fatetur enim pars altera, Oram manducationem sine spirituali nemini ad salutem prodere, sed noxiā esse: infidelibus item cum fidelibus communem esse. *Quid igitur de eā litigabimus?* *Quād indignum est, non haberi pro fidelibus, qui non credunt, carnem CHRISTI comedī ab infidelibus?* *Quād præpostum, contra fideles infidelium patrocinari?* *Quād turpe, Theologos contentionis fervore eō progressos esse, ut ejus stabiliendi causa, quod pijs cum impijs commune sit, aliquid statuant non commune pijs inter se: & acerbius pugnant de communione infidelium cum fidelibus, quād de communione infidelium cum CHRISTO?*

Pag. 72.

Ponamus, inquit Pareus, veram esse Oram & impiorum manducationem, cùm non sit de fide salutis, an quisquam eam non credens erit hæreticus? ab Ecclesia excludendus? Nunquam habetur in Scriptura: nunquam apud Veteres: nunquam in Augustana Confessione & Apologia ejusdem.

VIII. Emergit hinc Status Controversiæ multiplex quidem & varius, sed qui ad istum principalem rectissimè revocatur.

tur: An Orales & indignorum manducatio, in verbis Institutionis habeat certum & immotum fundamentum, ita ut salvâ eorum veritate negari non possit: imò hac negata sacramentum ipsum totum negetur & annibiletur?

IX. Hoc si probatum dederimus, per se evadet manifestissimum: i. Quæstionem hanc esse de fundamento fidei, i. non esse stipulam, aut paleam, fide destitutam, omnis consolacionis expertem, prout multi Canones apud Gratianum appellantur paleæ. 3. non esse controversiam supervacuam, inutilem, minimè necessariam, vel de lanâ caprina: sed de ipsa essentiâ & realitate Sacramenti Eucharistici: 4. esse de necessitate sive fide salutis: ac proinde contumaciter negantem Oralem & Indignorum manducationem esse hereticum. De utraque seorsim.

## I. DE ORALI MANDUCA- TIONE CORPORIS CHRISTI IN SACRAMENTO CŒNÆ.

X. INITIÒ autem tria summa sunt principia, ad quæ universa disputatio de Manducaione Corporis Christi in Sacramento Cœnæ referri potest, imò verò debet. 1. Res elementaris: 2. Res Cœlestis: quæ duo sunt Sacramenti hujus òuqâluna sive substantialia. 3. Res Sacramenti, quæ est  $\tau\delta\pi\lambda\eta\delta\nu$ , id nimirum, cuius gratiâ potissimum Sacramento utimur: id quod fit, non tantum ut Corpore & Sanguine Dominico participemus: multò minùs ut nudis elementis sive Symbolis, hoc est, pane & vino fruamur: sed &, ut Sacramento isto usi spiritualiter reficiamur, & vitâ eâ potiamur, quæ ex Christo, vero illo atque unico pane vita ac fonte aquæ vivæ est haurienda. Joh. 6. 51. & cap. 4. 14.

XI. Ex hoc ternario principiorum Sacramentalium numero, triplex emergit manducatio & bibitio: suis unaquaque terminis probè & cautè circumscribenda.

XII. PRIMA est Physica sive Naturalis, & Symbolorum externorum sive Elementorum visibilium atque terrenorum, nempe Panis & Vini propria: quæ etiam in usu Sacramenti hujus, sine ullo vel μεταγοιας, vel συναγοιας cōmento, talis permanet, & in se ac ex se cōsiderata, ultra physicā proprietatem se non extendit.

XIII. ALTERA est sacramentalis & hyperphysica, soli huic mysterio sive Sacramento propria & singularis: cuius ea est ratio, ut res coelestis, corpus nimirum & sanguis CHRISTI virtute instituentis, & veritate promittentis, cum externis Symbolis sive elementis, pane & vino, verè ac realiter in usu Sacramenti unita, unà cum his elementis, tanquam medijs θρησφεροῖς ἡ Διδοτικοῖς distribuatur: eodemq; organo, quo externa elementa, Ore nimirum corporis, non quidem πέπτωσ, sed δευτέρως, non naturaliter, sed Sacramentaliter manducetur & bibatur. Quo uno hoc sano sensu, Manducatio hæc est & dicitur ORALIS.

XIV. TERTIA est & dicitur spiritualis, quæ fit per fidem tantum, & ad salutem semper ita prodest, ut ad exitium fieri nunquam possit: quæq; fit tam extra Sacramenti participationem, quam in ipso usu Sacramenti,

XV. Hæc, ut uno verbo dicamus omnia, nihil est aliud, quam FIDES apprehendens promissiones Evangelij de Gratia DEI, deq; gratuitâ peccatorum remissione, per & propter meritum CHRISTI, toti mundo acquisitum.

XVI. Præter tres istas manducationis species, quæ in Sacramenti usu concurrunt, (licet non semper quoad tertiam, obstante infidelitate communicantium) nullam novimus aut admittimus in hoc mysterio aliam, quocunque veniat nomine, fupo aut prætexu.

XVII. Rejicimus ergo μετεωρολογίαν illam, quam Calviniani Sacramentalem aliquam fingunt manducationem Corporis CHRISTI, quæ non in his terris, sed in supremo cœlo peragatur, mediante fide evolante ad locum illum cœli in quo sedet caro CHRISTI, ibiq; eam apprehendente & manducante.

XVIII. Qua in parte ne Calvinianis quicquam affingere videamus, placet ipsosmet audire hunc in modum μετεωρολογίαν θεοβατήσας: Martinus Bucerus in epist. ad fratres Italos; Panis, quem frangimus, est communicatio Corporis DOMINI, non panis tantum. At hæc communicatio ut coelestis est, ita nobis in Ecclesia, ad Christum, per speculum & enigmata verborum & Symbolorum

Vide Buceri  
Scripta An-  
glicana:  
pag. M. 686

lorum animis SUBVECTIS, percipitur. Cum enim nec sentiatur, nec ratione carnis intelligatur, in mundo non est, in cœlis est: manet itaque illi cœlestis sua gloria, manet & humana natura veritas: & nihilominus EXALTATIS NOBIS cum CHRISTO IN COELESTIBUS, habentibusq[ue] τὸ πολύτευμα nostrum in cœlis, verè adest nobis in hoc mysterio: verè editur & bibitur,

Theodorus Beza in sua adversus Heshusium κριτική: Calvinistæ non negant: sed ponunt Corporis & Sanguinis CHRISTI presentiam in Cœna: non quod nunc in terris sit CHRISTI caro: sed quod manens in cœlis, NOBIS tamen PER FIDEM IN COELUM USQUE ERECTIS, verè PER SPIRITUS OMNIPOTENTIAM communicetur.

Et post aliqua: Sacraenta non eo fine sunt constituta, ut nos in *Vide Theol.* terris retineant: sed ut illis tanquam ALIS QVIBVS DAM IN COELVM pag. M. 294 VSQVE SVBVEHAMVR

Idem Epist. 5. ad Alamannum Lugdunensem: Reverà à nostris Vol. 3. Theol. oculis, ac proinde à loco, in quo cœnam DOMINI celebramus, tam procul pag. 204. nunc abest CHRISTI Corpus, quam abest cœlum à terra: tamen quatenus hæc actio cœlestis est, & FIDES NOSTRA IN COELVM VSQVE SVBVEHITVR, ut Christum quam efficacissimè apprehendat: hoc sane respectu presentissimam esse CHRISTI carnem in Cœna ni fatearis, Cœnam DOMINI evacuas.

XIX. Sic rejicimus etiam, & ex animo detestamur Capernaticam illam Corporis CHRISTI lanienam, contritionem, dilacerationem, digestionem & redactionem in chylum: qualem gens Calviniana & Pareus aliquoties per malitiosam depravationem phraseos, Verborgen im Brot so flein/ nostris Ecclesijs, sed præter jus & meritum, maledico ore affingit.

XX. Sic ergo de intermediâ, Sacramentali nimirūm sive Oralē mandatione Corporis CHRISTI relinquitur potissima cōtroversia, quam non paleam aut stipulam, sed de Fundamento fidei ac salutis esse, quippe à CHRISTO ipso institutam sic probamus.

XXI. I. CHRISTUS Servator instituens Sacramentum  
hoc,

hoc, disertis verbis inquit: Accipite, manducate, Hoc est Corpus meum:  
Accipite, bibite, Hoc est Sanguis meus.

XXII. Sensus verborum istorum planus & perspicuus est,  
quod Christus panem, quem Corpus suum esse prædicat,  
Edi sive Manducari jubet: quod vinum, quod sanguinem  
suum esse testatur, vult Bibi ex poculo: non duo diversa, sed  
unum designans perceptionis organon, nempe Os corporis.  
Editur enim non nisi ore: Ex poculo bibitur non nisi ore.

XXIII. II. Evincit hoc ipsum analogia Sacramentorum  
omnium utriusque Testamenti; quippe quæ singula & univer-  
sa habent suum appropriatum ὄγαρον δεκτικὸν, quo percipi  
possint & debeant.

XXIV. Hoc verò non est figuratum aliquod, non ψευδόνυμον,  
non spirituale; sed Corporale ac sensibile, idq; in verbis Insti-  
tutionis expressè definitum: ut in Circumcisione sola amputatio  
præputij; in Agno paschali, sola ejusdem manducatio: in Baptismo,  
sola immersio in aquam, sive asspersio aquæ: Sic in Sacra-  
mento Cœne, perceptionem ejus, sola manducatione Oralí fieri, ipso  
Christo docente, firmiter statuimus.

XXV. Et tam non absurdum hoc cuiquam videri debet  
(modo prophanarum cogitationum absint figmenta) quam  
non est inconveniens, quod Deus aurum instrumento in ac-  
cendendâ Fide justificâ utitur: Fides enim ex auditu, Rom. 10,  
17: quod mediante asspersione aquæ Baptismi Regenerationem  
in nobis operatur.

XXVI. III. Deus ipse, pro immensâ suâ bonitate, ad nos  
mortales οὐ γναῖσθαι condescendens, Sacra menta in genere  
rerum visibilium καὶ τὰς αἰδητὰς esse voluit: ita, ut licet se-  
cundum Augustinum aliud in illis videatur, aliud intelliga-  
tur: dispensatio tamen eorundem ad externa divinitùs directa  
sit: Ergo Generi suo appropriatum δεκτικὸν habeant necesse est.

XXVII. IV. Ex absurdo: Si τὸ Edere sensu Calviniano idem  
est quod Credere, sequetur, i. Unum idemq; verbum Christi  
(Edite) duplē significationem obtinere: Unam propriam  
Manducandi, Ore Corporis, respectu panis: Alteram impropri-  
am sive figuratam, Credendi, respectu Corporis & Sanguinis  
Christi. 2. Duo diversa, & actibus ipsis à Christo in verbis  
institu-

Institutionis distincta vocabula, nempē Edere & bibere unam  
eandemq; significationem Sacramentalē obtinere, imō unum  
eundemq; actum Sacramentalē notare. Quæ omnia absur-  
dissimis absurdiora sunt.

XXIX. V. Negata Orali manducaōne Corporis Chri-  
sti, negatur ejusdem Unio Sacramentalis cum pane Euchari-  
stico. Quæcunque enim eodem in Sacramento, eademq; di-  
spensatione Sacramentali unita sunt Sacramentaliter: ea non  
possunt non uno eodemq; organo deuītū percipi. Atqui Cor-  
pus & Sanguis CHRISTI, in unā eademq; dispensatione Sacra-  
mentalī, vi verborum Institutionis, unita sunt cum Pane & vi-  
no Sacramentaliter. Ergo non possunt non uno eodemq; or-  
gano, ORE videlicet Corporis, manducādo & bibendo percipi.

XXIX. PROPOSITIO argumenti luce sua lucet: Datis enim &  
concessis duobus diversis modis perceptionis Sacramenti, ita  
ut alio organo percipiatur res terrena, alio & diverso res Cœle-  
stis: utique vel bardus intelligit, hoc casu unionem Sacra-  
mentalem inter rem terrenam & cœlestem ipso actu expirare &  
duo Sacraenta emergere: Unum rerum elementarium, quod  
ore Corporis percipiatur; Alterum rerum cœlestium, Corporis  
& sanguinis CHRISTI, quod Fide evolante in cœlos & ibi appre-  
hendente corpus CHRISTI percipiatur.

XXX. Assumptionem vix negabunt Sacramentarij: vel si  
negare ausint, demonstrant alium Unionis Sacramentalis mo-  
dum, quam qui Panī & Corpori, Vino & Sanguini CHRISTI  
invicem & arctissimè, ac (quoad usum ipsum Sacramenti) pla-  
nè ἀλλούτως sive indissolubiliter intercedat. Nos certe, si  
verba Institutionis in succum ac sanguinem convertamus, ali-  
um quam quem desinivimus, dari non posse, habemus explo-  
ratissimum.

XXXI. Neque enim vel de fide, vel de virtute aut spiritu  
Corporis sui, vel de commemoratione mortis suæ, vel de bene-  
ficijs meriti sui dixit Servator: *Hoc est Corpus meum*: Sed dunta-  
xat de Pane, quem porrexit discipulis, dixit: *Accipite, manducate,*  
*Hoc est Corpus meum*: Et tantum de Vino, discipulis itidem por-  
recto, dixit: *Hoc est Sanguis meus*. Ergo invictè, & contra ipsas  
inferorum portas inexpugnabiliter sequitur, Unionem Sacra-  
men-

mentalem tantum ad panem & Corpus Christi; non vero ad fidem & Corpus Christi referendam esse: & per consequens, quo organo percipitur sive manducatur Panis; eodem percipi etiam, & manducari corpus Christi nempe Ora corporis.

XXXII. VI. Negata Ora manducatione corporis Christi in S. Cœna, negatur & tollitur Sacramentum ipsum. Ratio est: Quia neque Physica manducatio panis, & bibitio vini; nec Spiritualis, quæ fit & peragitur fide, constituit Sacramenti substantiam; quippe quæ ad sui essentiam ac cōstitutionem, vi verborum institutionis, necessariò requirit res duas, toto quidem genere discrepantes: terrenam videlicet & cœlestem: sed tamen in usu semper realissimè præsentissimèq; unitas, ac unitissimè præsentes. Jam vero Sacramentarij tantum duas illas in Cœna manducationes admittunt: *Physical* & *Spiritual*. Ergo negant tertiam *Sacramentalem*: & per consequens negant & tollunt Sacramentum ipsum.

XXXIII. Hinc sic libert argumentari: Quicunque negat & tollit Sacramentum à Christo ipso institutum, is committit errorem de fundamento: imò si hanc contumaciter defende re perget, hæreticus dici meretur.

Atqui negans Oralem manducationem, qualis hactenus ex verbis institutionis, & analogia fidei est definita, negat Sacramentum ipsum.

Ergo negans Oralem, vel quod idem est, Sacramentalem manducationem Corporis Christi in S. Cœna, committit errorem de fundamento: imò si hanc contumaciter defendere perget, hæreticus dici meretur.

XXXIV. Propositionem opinor nec Calviniani ipsi negabunt: nisi negare velint, Christum in Evangelio & Sacrementis consideratum esse primarium atque unicum fidei fundamentum: ipsaq; Sacraenta esse sigilla justitiae fidei: Rom. 4, II.

XXXV. *Affumtio* sic adstruitur: Præcisa & absoluta duorum inclusio est simplex & præcisa exclusio tertij: ut si dicam: Duo tantum sunt Sacraenta Novi Testamenti, propriissimè sic dicta, Baptismus & Cœna Domini. Ergo Extrema Unctio, Pœnitentia, Matrimonium &c. non sunt Sacraenta propriè sic dicta.

Etas. Procedit argumentum à præcisa inclusione duorum, ad exclusionem tertij sive plurium. Jam verò Sacramentarij sive Calviniani geminam duntaxat manducationem in Sacramento præcisè urgent & admittunt: *Vnam Elementorum visibilium, quæ tantum est naturalis sive Physica, & ultra naturalem manducationem panis, & bibitionem Vini non assurgit: Alteram Spiritualem, quæ non est ipsius Substantiæ Corporis & Sanguinis Christi, cum pane & vino realissimè præsentium & unitorum, Sacramentalis manducatio: sed est 1. tantum metaphorica &  $\chi$ slu $\eta$ . 2. non in his terris, sed in certo cœli  $\pi$ g sive loco, in quo sedet corpus Christi, peragitur: 3. non fit medijs à Christo definitis, nempe manducando panem, & bibendo vinum: sed fide subvolante & transcendentē omnes cœlos: 4. propriè loquendo nō est ipsius Corporis & Sanguinis Christi, sed meritorum tantum & beneficiorum morte Christi acquisitorum  $\mu$ et $\chi$ n sive nouaria participatio sive communicatio. 5. & postremò: Sacramenti Eucharistici non est propria: sed Sacramentorum omnium, quin ipsius etiam verbi prædicati, & fide apprehensi, etiam extra usum Sacramentorum, communis.*

Ergo negant Sacramentarij manducationem Corporis Christi Sacramentalem, Sacramenti hujus propriam & essentialē, quæ p̄eragitur manducatione panis consecrati: ac hoc solo respectu ORALEM dictam: & per consequens negant Sacramentum ipsum.

XXXVI. Eant jam Sacramentarij & deliberent cum Pareo, quo pacto deinceps hyperbolis suis ( ne quid gravius dicam ) fucum facere velint, quando usque adeò impudenter & audacter effutire non verentur: Non errari in fundamento, si maximè oralis hæc, vel quod idem est, Sacramentalis māducatio Corporis Christi in S. Cœna negetur: imò si maximè error sit, esse tamen tantum stipulam, sive paleam, in qua nullum sit granum fidei, nullus succus consolationis: eodem planè modo, quo multi inutiles Canones in Gratiano paleæ appellantur.

B. 37. Neque

1.  $\chi$ l. 2.  $\chi$ l. 3.  $\chi$ l. 4.  $\chi$ l. 5.  $\chi$ l. 6.  $\chi$ l. 7.  $\chi$ l. 8.  $\chi$ l. 9.  $\chi$ l. 10.  $\chi$ l. 11.  $\chi$ l. 12.  $\chi$ l. 13.  $\chi$ l. 14.  $\chi$ l. 15.  $\chi$ l. 16.  $\chi$ l. 17.  $\chi$ l. 18.  $\chi$ l. 19.  $\chi$ l. 20.  $\chi$ l. 21.  $\chi$ l. 22.  $\chi$ l. 23.  $\chi$ l. 24.  $\chi$ l. 25.  $\chi$ l. 26.  $\chi$ l. 27.  $\chi$ l. 28.  $\chi$ l. 29.  $\chi$ l. 30.  $\chi$ l. 31.  $\chi$ l. 32.  $\chi$ l. 33.  $\chi$ l. 34.  $\chi$ l. 35.  $\chi$ l. 36.  $\chi$ l. 37.  $\chi$ l. 38.  $\chi$ l. 39.  $\chi$ l. 40.  $\chi$ l. 41.  $\chi$ l. 42.  $\chi$ l. 43.  $\chi$ l. 44.  $\chi$ l. 45.  $\chi$ l. 46.  $\chi$ l. 47.  $\chi$ l. 48.  $\chi$ l. 49.  $\chi$ l. 50.  $\chi$ l. 51.  $\chi$ l. 52.  $\chi$ l. 53.  $\chi$ l. 54.  $\chi$ l. 55.  $\chi$ l. 56.  $\chi$ l. 57.  $\chi$ l. 58.  $\chi$ l. 59.  $\chi$ l. 60.  $\chi$ l. 61.  $\chi$ l. 62.  $\chi$ l. 63.  $\chi$ l. 64.  $\chi$ l. 65.  $\chi$ l. 66.  $\chi$ l. 67.  $\chi$ l. 68.  $\chi$ l. 69.  $\chi$ l. 70.  $\chi$ l. 71.  $\chi$ l. 72.  $\chi$ l. 73.  $\chi$ l. 74.  $\chi$ l. 75.  $\chi$ l. 76.  $\chi$ l. 77.  $\chi$ l. 78.  $\chi$ l. 79.  $\chi$ l. 80.  $\chi$ l. 81.  $\chi$ l. 82.  $\chi$ l. 83.  $\chi$ l. 84.  $\chi$ l. 85.  $\chi$ l. 86.  $\chi$ l. 87.  $\chi$ l. 88.  $\chi$ l. 89.  $\chi$ l. 90.  $\chi$ l. 91.  $\chi$ l. 92.  $\chi$ l. 93.  $\chi$ l. 94.  $\chi$ l. 95.  $\chi$ l. 96.  $\chi$ l. 97.  $\chi$ l. 98.  $\chi$ l. 99.  $\chi$ l. 100.  $\chi$ l. 101.  $\chi$ l. 102.  $\chi$ l. 103.  $\chi$ l. 104.  $\chi$ l. 105.  $\chi$ l. 106.  $\chi$ l. 107.  $\chi$ l. 108.  $\chi$ l. 109.  $\chi$ l. 110.  $\chi$ l. 111.  $\chi$ l. 112.  $\chi$ l. 113.  $\chi$ l. 114.  $\chi$ l. 115.  $\chi$ l. 116.  $\chi$ l. 117.  $\chi$ l. 118.  $\chi$ l. 119.  $\chi$ l. 120.  $\chi$ l. 121.  $\chi$ l. 122.  $\chi$ l. 123.  $\chi$ l. 124.  $\chi$ l. 125.  $\chi$ l. 126.  $\chi$ l. 127.  $\chi$ l. 128.  $\chi$ l. 129.  $\chi$ l. 130.  $\chi$ l. 131.  $\chi$ l. 132.  $\chi$ l. 133.  $\chi$ l. 134.  $\chi$ l. 135.  $\chi$ l. 136.  $\chi$ l. 137.  $\chi$ l. 138.  $\chi$ l. 139.  $\chi$ l. 140.  $\chi$ l. 141.  $\chi$ l. 142.  $\chi$ l. 143.  $\chi$ l. 144.  $\chi$ l. 145.  $\chi$ l. 146.  $\chi$ l. 147.  $\chi$ l. 148.  $\chi$ l. 149.  $\chi$ l. 150.  $\chi$ l. 151.  $\chi$ l. 152.  $\chi$ l. 153.  $\chi$ l. 154.  $\chi$ l. 155.  $\chi$ l. 156.  $\chi$ l. 157.  $\chi$ l. 158.  $\chi$ l. 159.  $\chi$ l. 160.  $\chi$ l. 161.  $\chi$ l. 162.  $\chi$ l. 163.  $\chi$ l. 164.  $\chi$ l. 165.  $\chi$ l. 166.  $\chi$ l. 167.  $\chi$ l. 168.  $\chi$ l. 169.  $\chi$ l. 170.  $\chi$ l. 171.  $\chi$ l. 172.  $\chi$ l. 173.  $\chi$ l. 174.  $\chi$ l. 175.  $\chi$ l. 176.  $\chi$ l. 177.  $\chi$ l. 178.  $\chi$ l. 179.  $\chi$ l. 180.  $\chi$ l. 181.  $\chi$ l. 182.  $\chi$ l. 183.  $\chi$ l. 184.  $\chi$ l. 185.  $\chi$ l. 186.  $\chi$ l. 187.  $\chi$ l. 188.  $\chi$ l. 189.  $\chi$ l. 190.  $\chi$ l. 191.  $\chi$ l. 192.  $\chi$ l. 193.  $\chi$ l. 194.  $\chi$ l. 195.  $\chi$ l. 196.  $\chi$ l. 197.  $\chi$ l. 198.  $\chi$ l. 199.  $\chi$ l. 200.  $\chi$ l. 201.  $\chi$ l. 202.  $\chi$ l. 203.  $\chi$ l. 204.  $\chi$ l. 205.  $\chi$ l. 206.  $\chi$ l. 207.  $\chi$ l. 208.  $\chi$ l. 209.  $\chi$ l. 210.  $\chi$ l. 211.  $\chi$ l. 212.  $\chi$ l. 213.  $\chi$ l. 214.  $\chi$ l. 215.  $\chi$ l. 216.  $\chi$ l. 217.  $\chi$ l. 218.  $\chi$ l. 219.  $\chi$ l. 220.  $\chi$ l. 221.  $\chi$ l. 222.  $\chi$ l. 223.  $\chi$ l. 224.  $\chi$ l. 225.  $\chi$ l. 226.  $\chi$ l. 227.  $\chi$ l. 228.  $\chi$ l. 229.  $\chi$ l. 230.  $\chi$ l. 231.  $\chi$ l. 232.  $\chi$ l. 233.  $\chi$ l. 234.  $\chi$ l. 235.  $\chi$ l. 236.  $\chi$ l. 237.  $\chi$ l. 238.  $\chi$ l. 239.  $\chi$ l. 240.  $\chi$ l. 241.  $\chi$ l. 242.  $\chi$ l. 243.  $\chi$ l. 244.  $\chi$ l. 245.  $\chi$ l. 246.  $\chi$ l. 247.  $\chi$ l. 248.  $\chi$ l. 249.  $\chi$ l. 250.  $\chi$ l. 251.  $\chi$ l. 252.  $\chi$ l. 253.  $\chi$ l. 254.  $\chi$ l. 255.  $\chi$ l. 256.  $\chi$ l. 257.  $\chi$ l. 258.  $\chi$ l. 259.  $\chi$ l. 260.  $\chi$ l. 261.  $\chi$ l. 262.  $\chi$ l. 263.  $\chi$ l. 264.  $\chi$ l. 265.  $\chi$ l. 266.  $\chi$ l. 267.  $\chi$ l. 268.  $\chi$ l. 269.  $\chi$ l. 270.  $\chi$ l. 271.  $\chi$ l. 272.  $\chi$ l. 273.  $\chi$ l. 274.  $\chi$ l. 275.  $\chi$ l. 276.  $\chi$ l. 277.  $\chi$ l. 278.  $\chi$ l. 279.  $\chi$ l. 280.  $\chi$ l. 281.  $\chi$ l. 282.  $\chi$ l. 283.  $\chi$ l. 284.  $\chi$ l. 285.  $\chi$ l. 286.  $\chi$ l. 287.  $\chi$ l. 288.  $\chi$ l. 289.  $\chi$ l. 290.  $\chi$ l. 291.  $\chi$ l. 292.  $\chi$ l. 293.  $\chi$ l. 294.  $\chi$ l. 295.  $\chi$ l. 296.  $\chi$ l. 297.  $\chi$ l. 298.  $\chi$ l. 299.  $\chi$ l. 300.  $\chi$ l. 301.  $\chi$ l. 302.  $\chi$ l. 303.  $\chi$ l. 304.  $\chi$ l. 305.  $\chi$ l. 306.  $\chi$ l. 307.  $\chi$ l. 308.  $\chi$ l. 309.  $\chi$ l. 310.  $\chi$ l. 311.  $\chi$ l. 312.  $\chi$ l. 313.  $\chi$ l. 314.  $\chi$ l. 315.  $\chi$ l. 316.  $\chi$ l. 317.  $\chi$ l. 318.  $\chi$ l. 319.  $\chi$ l. 320.  $\chi$ l. 321.  $\chi$ l. 322.  $\chi$ l. 323.  $\chi$ l. 324.  $\chi$ l. 325.  $\chi$ l. 326.  $\chi$ l. 327.  $\chi$ l. 328.  $\chi$ l. 329.  $\chi$ l. 330.  $\chi$ l. 331.  $\chi$ l. 332.  $\chi$ l. 333.  $\chi$ l. 334.  $\chi$ l. 335.  $\chi$ l. 336.  $\chi$ l. 337.  $\chi$ l. 338.  $\chi$ l. 339.  $\chi$ l. 340.  $\chi$ l. 341.  $\chi$ l. 342.  $\chi$ l. 343.  $\chi$ l. 344.  $\chi$ l. 345.  $\chi$ l. 346.  $\chi$ l. 347.  $\chi$ l. 348.  $\chi$ l. 349.  $\chi$ l. 350.  $\chi$ l. 351.  $\chi$ l. 352.  $\chi$ l. 353.  $\chi$ l. 354.  $\chi$ l. 355.  $\chi$ l. 356.  $\chi$ l. 357.  $\chi$ l. 358.  $\chi$ l. 359.  $\chi$ l. 360.  $\chi$ l. 361.  $\chi$ l. 362.  $\chi$ l. 363.  $\chi$ l. 364.  $\chi$ l. 365.  $\chi$ l. 366.  $\chi$ l. 367.  $\chi$ l. 368.  $\chi$ l. 369.  $\chi$ l. 370.  $\chi$ l. 371.  $\chi$ l. 372.  $\chi$ l. 373.  $\chi$ l. 374.  $\chi$ l. 375.  $\chi$ l. 376.  $\chi$ l. 377.  $\chi$ l. 378.  $\chi$ l. 379.  $\chi$ l. 380.  $\chi$ l. 381.  $\chi$ l. 382.  $\chi$ l. 383.  $\chi$ l. 384.  $\chi$ l. 385.  $\chi$ l. 386.  $\chi$ l. 387.  $\chi$ l. 388.  $\chi$ l. 389.  $\chi$ l. 390.  $\chi$ l. 391.  $\chi$ l. 392.  $\chi$ l. 393.  $\chi$ l. 394.  $\chi$ l. 395.  $\chi$ l. 396.  $\chi$ l. 397.  $\chi$ l. 398.  $\chi$ l. 399.  $\chi$ l. 400.  $\chi$ l. 401.  $\chi$ l. 402.  $\chi$ l. 403.  $\chi$ l. 404.  $\chi$ l. 405.  $\chi$ l. 406.  $\chi$ l. 407.  $\chi$ l. 408.  $\chi$ l. 409.  $\chi$ l. 410.  $\chi$ l. 411.  $\chi$ l. 412.  $\chi$ l. 413.  $\chi$ l. 414.  $\chi$ l. 415.  $\chi$ l. 416.  $\chi$ l. 417.  $\chi$ l. 418.  $\chi$ l. 419.  $\chi$ l. 420.  $\chi$ l. 421.  $\chi$ l. 422.  $\chi$ l. 423.  $\chi$ l. 424.  $\chi$ l. 425.  $\chi$ l. 426.  $\chi$ l. 427.  $\chi$ l. 428.  $\chi$ l. 429.  $\chi$ l. 430.  $\chi$ l. 431.  $\chi$ l. 432.  $\chi$ l. 433.  $\chi$ l. 434.  $\chi$ l. 435.  $\chi$ l. 436.  $\chi$ l. 437.  $\chi$ l. 438.  $\chi$ l. 439.  $\chi$ l. 440.  $\chi$ l. 441.  $\chi$ l. 442.  $\chi$ l. 443.  $\chi$ l. 444.  $\chi$ l. 445.  $\chi$ l. 446.  $\chi$ l. 447.  $\chi$ l. 448.  $\chi$ l. 449.  $\chi$ l. 450.  $\chi$ l. 451.  $\chi$ l. 452.  $\chi$ l. 453.  $\chi$ l. 454.  $\chi$ l. 455.  $\chi$ l. 456.  $\chi$ l. 457.  $\chi$ l. 458.  $\chi$ l. 459.  $\chi$ l. 460.  $\chi$ l. 461.  $\chi$ l. 462.  $\chi$ l. 463.  $\chi$ l. 464.  $\chi$ l. 465.  $\chi$ l. 466.  $\chi$ l. 467.  $\chi$ l. 468.  $\chi$ l. 469.  $\chi$ l. 470.  $\chi$ l. 471.  $\chi$ l. 472.  $\chi$ l. 473.  $\chi$ l. 474.  $\chi$ l. 475.  $\chi$ l. 476.  $\chi$ l. 477.  $\chi$ l. 478.  $\chi$ l. 479.  $\chi$ l. 480.  $\chi$ l. 481.  $\chi$ l. 482.  $\chi$ l. 483.  $\chi$ l. 484.  $\chi$ l. 485.  $\chi$ l. 486.  $\chi$ l. 487.  $\chi$ l. 488.  $\chi$ l. 489.  $\chi$ l. 490.  $\chi$ l. 491.  $\chi$ l. 492.  $\chi$ l. 493.  $\chi$ l. 494.  $\chi$ l. 495.  $\chi$ l. 496.  $\chi$ l. 497.  $\chi$ l. 498.  $\chi$ l. 499.  $\chi$ l. 500.  $\chi$ l.

XXXVII. Neque est, ut fucum sibi quis fieri, aut turpiter à Sacramentarijs imponi patiatur, quando subinde clamitant: Verba Cœna Sacramentaliter esse intelligenda: Corpus CHRISTI mandacari Sacramentaliter: Sanguinem CHRISTI bibi Sacramentaliter, &c.

XXXIX. Nam linguam saltē & idioma suum mutant: interim in insidijs larent & affectionem Sacramentalem omnē in eo solo collocant, quod panis sit signum & figura absentis Corporis Christi: id quod cum verbis CHRISTI manifestè pugnat: Vel si vehementius ipsos urgeas, si premas, si omnia exutias, Sacramentale nihil ipsis sonataliud; quam quod est Spirituale: cū tamen Sacramentalis & Spiritualis manducatio, quippe à diversis principijs dependentes, plurimum à se mutuò discrepent.

XXXIX. Etsi enim Spiritualis manducatio ad Sacramentalem possit concurrere: & respectu fidelium Sacramentou-tentium semper concurrat: nihil tamen ad substantiam Sacra-mentalnis manducationis ea conducit: sed hæc sine illa suum ~~in~~ eivay absolutum obtinet.

XL. Differunt ergo i. Diversa communicantium dispositio-ne: Sacramentalis enim manducatio admittit bonos & malos, fideles & infideles: Spiritualis autem tantum pios & fideles. 2. Diverso perceptionis organo: Illa fit manducatione & bibitione orali: hæc tantum fide. 3. Illa infidelibus cedit ad judi-cium, ac proinde non semper est salutaris: Hæc verò semper prod est ad salutem.

XLI. VII. Accedit consensus Orthodoxæ Antiquitatis, quo nos simpliciter destitui, Pareus temerè scriptitat.

Leo M. Serm. 6. de jejunio: Sic Sanctæ mensæ communicare de-betis, ut nihil prorsus de veritate Corporis & Sanguinis Christi ambigatis. Hoc enim ORE sumitur, quod fide creditur: & frustra ab illis Amen respon-detur, à quibus contra id, quod accipitur, disputatur.

XLI. VIII. Sed & Augustana Confessio nostræ doctrinæ ex af-fice est ὁμόΦηΦΩ, quæ Articulo X. sic habet: De Cœna DOMINI docent Ecclesia nostra, quod Corpus & Sanguis CHRISTI verè udsint, & DISTRIBVANTVR VESCENTIBVS in 'Cœna Domini:

XLIII. Jam vix quisquam ita bardus fuerit, ut verborum istorum sensum proprium & genuinum, ex æde demum Sapi-entia

entie Heidelbergensis petere necesse habeat, quin ultro intelligat, id quod manu ministrorum distribuitur, non nisi ORE vescenti-um percipi. Jam verò ipsum Corpus & sanguinem C H R I S T I vescientibus distribui, Confessio liquidò afferit. Ergo.

XLIV. IX. Hoc ipsum repetit etiam *Apologia Confessionis*, his verbis: *Decimus articulus approbatus est, in quo confitemur, nos sentire, quod in Cœna D O M I N I verè & substantialiter adsint Corpus & Sanguis CHRISTI & VERE EXHIBEANTVR CVM ILLIS Rebus, quæ videntur, Pane & Vino, his qui Sacramentum accipiunt.* Hanc sententiam constan-ter defendimus re diligenter inquisitâ & agitatâ. Cùm enim Paulus dicat, *Panem esse participationem Corporis D O M I N I, sequetur, Panem non esse participationem Corporis, sed tantum Spiritus CHRISTI, si (sensu Zwingiano) non verè adesset corpus D O M I N I.*

XLV. Judicet jam Ecclesia, an doctrina hæc nostra de O-rali mandatione Corporis C H R I S T I in Sacramento, sit tan-tum quæstionis non verò fidei? an sententia contraria non ini-pingat in fundamentum fidei & salutis? vel an tantum sit stipula, palea, ceu inutilis aliquis Canon Gratiani: prout Parens si-ne fronte & conscientia calumniatur.

## II. DE MANDUCATIONE INDIGNORUM.

XLVI. Quoad mandationem indignorum sive infidelium in Sa-cramento, nihil novi tradit Ecclesia Lutherana: sed unanimi-ter & constanter docet illud ipsum, quod Apostolus ex profes-so 1. Cor. 11, 27. & 29. tradidit: *Si quis ederit panem hunc, aut biberit de poculo DOMINI indignè, reus erit corporis & Sanguinis Domini; Et qui ederit ac bibit indignè, iudicium sibi ipsi edit & bilit, non dijudicans Corpus DOMINI.*

XLVII. Ubi emphasis peculiarem meretur, quod Aposto-lus non simpliciter dicit: *Quisquis ederit panem, aut quisquis biberit de poculo:* sed determinatè dicit: *Qui ederit de pane HOC, eo videlicet, de quo asseruerat, non quod sit signum absentis Corporis Christi, sed quod sit nouvicia Corporis CHRISTI &c.* sic irrefragabiliter innuens, In-dignos non nudo pane, non etiam pane metaphorico, Χειροῦ sive symbolico, sed τέρατος exhibente ipsum Corpus C H R I S T I, perfungi.

**XLIX.** Qua in parte suum nobis calculum adjicit **AUG**

**Aug. 3. 1.** finus: Non interest, inquiens, cum de Sacramenti integritate & sancti-  
cōt. Donat. tate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacra-  
**6. 14.** mentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam: sed ad Sacramenti  
quæstionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sa-  
cramentum, & perversam fidem.

**Cont. Fulg.** Et alibi: Iudas proditor bonum **C H R I S T I C o r p u s**, & Simon Ma-  
**l. 9.** gus bonum Baptisma **C H R I S T I** percepit: sed quia bono benè usi non sunt,  
**r Geg. dial.** mali male utendo deleti sunt.

**4.** **G**regorius: Est quidem in peccatoribus & indignè sumentibus vera  
**C H R I S T I c a r o**, & verus **S a n g u i s**: sed essentia, non salubri efficientia.

**XLIX** Quâ in parte prædicatum verbum, & dispensatum  
Sacramentum parem apud homines fortunam subeunt

**2. Cr. 2,** L. Quemadmodum enim prædicatio Evangelij, in se, &  
**15. & 16.** per se est odor vita ad vitam: per accidens vero incredulis est  
odor mortis ad mortem: & tamen nihilominus est unum idemq;  
verbum, quod & his, & illis prædicatur, licet ob diversitatem  
subjectorum, adeò dispare sortiatur effectus: Sic in Sacramen-  
to Cœnæ, Corpus & Sanguis **C H R I S T I**, sub pane & yino sumta,  
cedunt credentibus in confirmationē fidei, & certitudinem sa-  
lutis: incredulis vero & hypocritis in judicium & damnatio-  
nem: non per se: sed per accidens.

**L.** Neque quicquam absurditatis implicat hæc contrari-  
orum effectuum notatio: dummodo servetur distinctio ejus,  
quod per se est, & quod aliunde accedit per accidens.

**LII.** Nam sub eadem distinctione Dsus ipse pijs & creden-  
tibus est Lux & gaudium: **C H R I S T U S** est petra salutis: Impijs  
vero & incredulis est ignis consumens, & Christus est lapis of-  
fensionis: in illis misericordia: in his justitiae opera exercens.

**LIII.** Reliqua doctrinæ hujus fundamenta, quæ ex verbis  
Institutionis, ex analogia Sacramentorum, ex Unione Sacra-  
mentalii peti possunt ac debent; jam modò circa diexodon.  
Quæstionis de Oralí mandatione expedivimus, quæ huc  
referri debent.

πΟΡΙΣ.

N O P I S M A.

An Lutherani sive Orthodoxi Calvinianis, prout Pareus cap. 13. Irenici, pag. 69. suaviter somniat, & simplioribus subdolè persuadere conatur, circa sequentes sex de S. Cœna DOMINI assertiones, sint ὅμοΦηφοι?

1. Quod in usu legitimo S. Cœna (qui est, quando Sacramentum fide promissionis Evangelij sumitur à conversis) Christus verum suum Corpus pro nobis traditum, & sanguinem suum pro nobis fusum in cruce, omnibus fidelibus fide manducandum & bibendum verè communicet in cibum & potum vitæ æternæ.
2. Quod hujus Communicationis testimonium atque instrumentum velit esse ministerium verbi & Sacramentorum, cum primis Eucharistia.
3. Quod hanc salutarem sui communicationem omnibus creditibus in verbo Sacramenti promittat, verèq; præstet.
4. Quod hæc Communio ad salutem omnibus adultis sit necessaria atque sufficiens.
5. Quod hæc Communio sit arctior quam est membrorum nostri corporis cum capite, longeq; verior & propinquior præsentia corporis Christi in Eucharistia, quam possit esse ea, quæ singitur præsentia ejus in pane, & existentia intra ora vel corpora omnium communicantium etiam infidelium, qui si Christum etiam manibus palparent, tamen ab ipso longissime absunt, & ipsis ab illis.
6. Quod hæc communio & præsentia Corporis Christi non impediatur locorum intervallis: sed rara & firma sit omnibus fidelibus: manente Christi corpore suo loco, quovis tempore, sive in terra, sive in cœlo, sive in nubibus. Hæc Pareus.

RESPONDEO: Lubrica, tortuosa & Sophistica esse omnia. Nam prima assertio sub indiscreta notatione usus legitimi, quem de sola Spirituali mandatione Pareus intelligit, struit insidias, imò Sacramentum ipsum è medio tollit.

ALTERA differit de hoc mysterio haud rectius, atque cæcus de coloribus: Sophisticè confundendo naturam verbi & Sacramentorum. Jam verò, prout Verbū & Sacraenta ipsa suā naturā sive essentiā differūt: ita perceptionis etiā organo plurimum distant.

distant. Quia enim Sacramentum quatenus tale, est quiddam, visibile atque αἰσθητόν: utique appropriatum etiam suum habet ὄγγαρον δεκτικόν, à verbo Evangelij diversum.

**TERTIA** hemplexia laborat. Nam particularem tantum quoad solos fideles, Corporis Christi communicationem in Sacramento cœnæ adstruit: Universalem quoad omnes communicantes negat: & per consequens ex altera parte hæc assertio planè claudicat, imò clumbis deficit & exspirat.

**QUARTA** eodem morbo laborat: Nam Spiritualis Communionis quæ fide solâ (secundum hypothesis Pareanam) constat & peragitur, non adultis tantum, sed & infantibus ad salutem est necessaria atque sufficiens. Annè vero Christus non aliam, præter Spiritualem hanc, in Sacramento communionem pro adultis instituit? Hic Pareus lupum tenet auribus.

**QUINTA** 1. ex liripipio rationis, sive ex domo Sapientiae Heidelbergensis, tanquam ex triپde pronunciat, Spiritualem illam mandationem, quæ fide solâ absolvitur, esse arctiorem Sacramentali. Atqui hac tamen mediante, ijdem fideles, non beneficiorum tantum merito Christi acquisitorum: sed ipsius met substantia Corporis & sanguinis Christi evadunt participes. Ergo Pareo sine tabulis & testibus non credimus. 2. Convictis tincta est. Quis enim nostratum, existentiam corporis Christi intra ora vel corpora omnium communicantium, qualem Pareus πηρέχολος nobis malitiosè affingit, vel per febrim somniavit unquam?

**SEXTA** Pareum nobis sicut Circulatorē. Nam scribit Corpus Christi locorum intervallis non impediri, quō minus illud in usu Sacramenti adsit fidelibus: & tamen statuit id tanto intervallo ab illis abesse, quanto summum cœlum distat ab ima terra. κεῖται & κεῖται.

Sed dilucidius nervosiusq; singula, in ipso Disputationis actu, quæribus ad oculum σὺν Θεῷ demonstrabimus. Ipsum verò Pareum jubeo exigui temporis jacturam & quo ferre animo, donec Notarum suarum, superioribus diebus adversus Disputationem meam proximam de Syncretismo cum Calvinianis ineundo &c. publicatarum Strigilem, & Irenici sui plenam refutationem à me accipiat: Interim de consensu Lutherorum & Calvinianorum in hoc & alijs articulis gloriari desinat.

OMNIA AD DEI GLORIA M.

05 A 1579




KD-A ab





**Farkkarte #13**



DISPUTATIO THEOLOGICA  
De

ORALI ET INDI-  
GNORUM MANDUCATIO-  
NE CORPORIS CHRISTI IN SACRA-  
MENTO COENÆ.

*Quam*  
Sub PRÆSIDIO

LEONHARTI HUTTERI,  
SS. Theologiæ D. & Professoris Ordinarij  
in Electorali Academia VVi-  
tebergensi,

*Publicè defendet*  
M. PETRUS HERRICHIUS,  
illustris Scholæ Portensis Con-  
Rector.

*In auditorio Theologorum, die 19. Aprilis:  
horis antemeridianis.*

---

VVITEBERGÆ  
Typis Johannis Gormanni, Anno 1616.